Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Exilium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

ſunt penè infinitæ.

*Clem. VIII. } *Illius vices &c. lata anno 1592. ibid. Kal. Sep. Pontif. anno 1.*

Exemptus.

1. EXemptus de licentia Superioris poteſt Epiſcopo ſe ſubdere, vt ab eo abſolutionem, vel diſpenſationem, qua indiget, obtineat.

*De exempto multa *Syl. 5. emptio.*
Vide Ang. Exemptus. nu. 6.

Exilium.

1. EXilio perpetuo dãnatus, dicitur deportatus, qui autem ad tempus, relegatus.

2 In exilium non poteſt pater filium mittere.

Extrema Vnctio.

1. DAnda eſt etiam amenti ſi petierat, aut petiuiſſet ſi cogitaſſet, aut oſtenderat ſignum doloris, niſi ſit periculum irreuerentię. Quod ſi erat excommunicatus, abſoluatur prius ab excommunicatione.

**Nau. c. 22. num. 13. Vict. num. 84.* Phrenetico etiam, ſi ſana mente petit. *Sot. d. 23. q. art. 2.* Perpetuò amentibus non danda. *Sot. l. c. D. Tho. add. q. 32. art. 3.* in lucido interuallo tantũ eam concedit.

2 Non ſolet dari pueris, niſi ætate qua communicant: ſufficit tamen ætas qua poſſunt peccare.

*Bellar.